Quelle: https://manuscripta.at/?ID=956
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Versus Alani

Esse quod est ex se deus est per quem datur esse
Quod non est ex se deitatis non habet esse
Esse quod est deus est cui verum competit esse
Conuenit huic soli quod nulli conuenit esse
Ante deum nichil est quod possit eo prius esse
Post illum nichil est quod posterius queat esse
Empta quem nichil est quod dicam celsius esse
Extra quem nichil est quod dicam laetius esse
Omne quod est opus illius est dedit omnibus esse
Et sine quo nichil est tunc fiat aut velit esse
Cuius maiestas disponens cuncta penes se
Vt numq̃ cepit sic numq̃ desinit esse
Omne quod est quod erit quod erit prius huic nequit esse
Preter quem solum deus alter non habet esse
Nam quz deum verum ratio veraz negat esse
Quem labor utq̃ manus hominis adiuuat ad esse
Ac deus omnipotens cui nullus homo dedit esse
Immo qui faciens homine reparauit ad esse
Hic vere deus est et non deus hic nequit esse
Nam deus ipse deos omnes precedit in esse
Totum totus habens toti vult iure precesse
Cuncta creatus sibi vult cuncta creata subesse
Totus vbique suum non alternat deus esse
Qui modo non alius sui prudens creditur esse
Omnia tu sinutans nequit hic mutabilis esse
Eternus quz deus habet eternaliter esse
Qui cum sit magnus maior nequit aut minor esse
In quo semper erit in eodem permanet esse
Quem decet esse quod est sed non decet esse nec esse
Immo nec esse pro-hinc bonus omnis homo vult esse
Non aliena bonum bonitas illum facit esse